

Wirtebergiâ, vereor, ut soror mea
 possit illi submittere quid de meis
 apud illam. Age igitur, arbitrato
 tuo utere, rursus pater, modo ne
 indulgens nimium. Quod si nîl pe-
 tierit; quicquid residuum erit de
 100. (siquidem illos operâ Eggoldi
 acceperis) id serva in usus uxoris
 tuæ, quæ loco meæ, mater, thala-
 mum nuptiis instaurabit; si prius
 etiam plures nummos ad hos sum-
 ptus submisero. Lipsiam veni. ð. Oct.
 diverti apud alterum Berneggerum
 meum. Nomen illi Philippus Mül-
 ler, Medic. Lic. & Professor. Nunc
 in procinctu sum, iturus Ratispo-
 nam & Lincium, indeq; ad Ducem,
 & sic Saganum D. V. Rogat gener
 meus, ut mittam ad te duo exempla-
 ria Ephemeridum, pro Te & Doct.
 Schmidio. Petet & Remus, & filius
 meus